

BREF DE NOTRE SAINT PERE LE PAPE

A

L'ÉVÊQUE DES TROIS-RIVIÈRES.

Venerabili Fratri

Ludovico Episcopo Trifluviensi

PIUS PP. IX.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Quae proprio et ceterorum Praesulum Canadensium nomine scriptis et ore testatus es de communi obsequio vestro studioque in hanc Apostolicam Sedem, id Nobis iucundissimum accidit, Venerabilis Frater, per haec praesertim tempora, in quibus unitas mentiumque et affectuum conjunctio adeo necessaria est ad sistendum irruptionumque et afflictuum deterioraque praeventenda. Delectati vero potissimum sumus curis, quas impenditis imbuendo sana doctrina populo eique illustrando quoad Ecclesiae naturam, constitutionem, auctoritatem, jura, quorum notitia valerrime perverti solet ad fideles decipiendos; et diligentiam commendare debuimus qua populum eundem munire nisi estis contra subdolos errores *liberalismi*, ut aiunt *catholici*, eo periculosiores ceteris, quod exteriore pietatis specie obdreti multos decipiant honestos, eosque allicientes ad dissentiendum a sana doctrina, in iis nominatim quae, prima fronte, civile potius regimen, quam ecclesiasticum spectare videntur, fidem infirment, unitatem dissolvant, catholiceas degregent vires, efficacissimamque praebent opem hostibus Ecclesiae, eadem licet latius et impudentius, docentibus, in quorum netaria postulata sensim animos inclinant. Gratulamur igitur vobis; quos cupimus pari semper zelo et perspicuitate revelandis insidiis erudiendoque populo adlaborare, ea concordia, quae omnibus mutuam caritatem vestram ostendat, et idem unumquemque vestrum sentire, idem discere ac docere demonstret. Id vere sponte fiet si, quam disertis verbis et amantissimis proflitemini devotionem huic Petri Cathedrae veritatis magistrae, studiose in vobis fovere contendatis. Id universis adprecamur, dum divini favoris auspiciem et praecipuae Nostrae benevolentiae pignus tibi, Venerabilis Frater, et singulis Canadensibus Episcopis eorumque dioecesis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae adun. S. Petrum die 18 septembris 1876.

Pontificatus Nostri anno Tricesimo primo.

PIUS PP. IX.

Pro apographo.

Ed. LING, Pter.

Secretarius.